

De Apostolis

demonū virtutem et opationem. et quātum
ad hoc distinguitur a fide malorū christia
norū. **S**cōdō vniunt sicut diuersi rami in
vna radice. i. in vna caritate. **Eph. xij.**
In caritate radicari et fundati. **Greg.**
Ut eū multi arboris rami ex vna radice
prodeunt et pcedunt. sic etiam similiter
multe virtutes ex vna caritate generantur.
Nec habet aliquid viriditatis ramus bo
ni opis si non māserit in radice caritatis.
Tercio vniuntur sicut diuersi riuī in vno
fonte. i. in vno spū fontalis sapientie. de
quo fonte dicit **Gen. ij.** Flumēs egredie
bas de loco voluptatis qui inde diuidit
in quatuor capita. i. in quatuor expositio
num genera. s. historicum. tropologicum
allegoricum et anagogicum. **Q**uattro vni
unt sicut diuersa membra in vno corpore
sacro sancte matris ecclesie. que tū vniō a
liquando in presenti sepaſ aut p culpam
mortalem. **Isai. lxx.** Iniquitates nostre
diuiserunt inter nos et deum nostrū. aut p
excoīcatōnem. **i. Cor. v.** Auferte malū a
vobis ipsis. Et loquit de publico fornicā
tio p excoīcatōnem auferendo. Et quāq;
futuro quando sepaſ malī a dei vīſi
one. **Mathei. xxv.** Discedite a me et. et a
sanctorū societate. **Mathe. xij.** Eribūt an
geli et sepaſ malos de medio iustorū.
Tercio ponit vnitatis fraternitatisq; v
tilitas cum dicit. **Ecce q̄ bonum et q̄ io
cundum.** Dicit autem beatus **bernardus**
q̄ sunt quedam bona. sed nō iocunda sic
sunt passiones et tribulatiōes que nō sunt
iocunde carni sed tamen sunt bone et vti
les. q̄ hominem faciunt meliorem. **Cri.**
Quando carnalia hominis affligunt tūc
spūalia eius florent. Sicut ergo vernali
affiatu arbores larant in folia et fructū.
Sic in psecutiōib; excitantur anime ad
virtutes. **Q**uedam autem sunt iocunda
sed non bona sicut peccata carnalia. **Pro
uer. v.** Fauus distillās labia meretricis
et. **Ecce q̄ iocūda.** nouissima aut illius

Petro et Paulo

q̄si absinthium. ecce q̄ amara. **Q**uedam
vero sunt que sunt amara sed non bona
nec iocunda. sicut quedā peccata que ha
bent secum penam amaram vt est tristitia
et inuidia. **Prouer. xvij.** Spiritus tristis
efficit ossa. **Ciusdē. xij.** Putredo ossū
inuidia. **Q**uedam sunt bona et iocūda si
cut caritas mutua et cohabitatio fraterna.
Nec enim cohabitatio est iocūda. q̄ dar
vinctiōem gratie. vñd sequit. Sicut vn
guentum in capite qd descendet in barbā
et. qd est i refrigeratiōe pcupiscētie. vñ
subditur Sicut ros hermon. Et est bona
quia est causa benedictiōis gratie et vite
plennis glorie. vñd subdit. **Quoniam**
illic mandauit dominus benedictiōem et
vitam vsq; in seculum.

**De sanctis apostolis Petro et
Paulo. Sermo primus.**

Ecce deus lumi
naria magna. **L**uminare maius
vt preesset diei. luminare minus vt pesser
nocti. **Gen. i.** Per ista duo luminaria ma
gna mūdi possunt intelligi magna lumi
naria paradisi. s. **Petrus et paulus.** Per
luminare maius intelligit petrus. q̄ sicut
sol est princeps omniū planetarū et lumi
nariū. sic petrus est princeps omniū apo
stolorū. sed p luminare minus intelligit
beatus paulus q̄ sicut ipsa luna vltima
est omniū planetarū. sic et ipse beatus pau
lus vltimus fuit omniū apostolorū. **L**u
minare autem maius preest diei. q̄ petrus
erat apostolus iudeorū quib; erat lux fidei
et diuine legis. **P**reest luminare minus
nocti q̄ et paulus fuit apostolus gentiū
in quib; erant tenebre ignorantie et inſi
delitatis. **I**sta namq; duo luminaria sol
et luna habent in effectu magnam po
testatem. in motu magnam velocitatem.
in luce magnam claritatem. in situ magnā
sublimitatem. et in quantitate excellentē

magnitudinem. et isti duo apostoli figurant per ista duo luminaria. **P**rimo. quia magnam habent in inferioribus potestatem. **N**am unus est ianitor celi. et alius doctor mundi. et ambo sunt thesaurarii dei. **D**e quidem habet triplicem thesaurum scilicet potentie qui est pater. sapientie qui est filius. et mie qui est spiritus sanctus. **D**euter. xxij. **N**onne hec data sunt apud me et signata in thesauris meis. **O**mnia enim in thesauris diuine potentie et sapientie et mie reconduntur unde per effectus postmodum profertur. **T**hesaurarius igitur patris est petrus cui pater commisit thesaurum sue potentie. **U**nde dixit dominus petro. **C**aro et sanguis non reuelauit tibi. sed pater meus qui in celis est. **M**agnus namque thesaurus potentie. **P**etrus accepit quoniam potestatem claudendi et aperendi celum habere promeruit. **T**hesaurarius filius est paulus cui christus commisit thesaurum sue sapientie. **G**ala. i. **N**ec enim ab homine accepi illud neque didici sed per reuelationem ihesu christi. **N**emo igitur potest intrare in thesaurum sapientie dei. nisi per doctrinam et sapientiam pauli. **T**hesaurarius vero spiritus sancti est uirgo beata. cui ipse commisit thesaurum sue misericordie. et ipsum thesaurum ipsa expendit in hoc mundo. **I**dcirco vocat mater gratie et mater mie. et in celo. ubi etiam celestes gratias administrat. **E**cd. xliij. **I**n habitacione sancta coram ipso ministrat. **S**ecundo habent in motu reuolucione. **M**otus autem anime est amor anime. **E**st autem triplex motus anime. scilicet distinguit dyonysius in libro de diuinis nominibus. scilicet circularis quo ipsa anima mouetur per amorem ad mundum. unde **ps.** **I**n circuitu impij ambulant. **O**blisquus quo quis mouetur per amorem ad se ipsum. **C**um enim de natura amoris sit aliter dirigi. quando quis ad seipsum refertur quandam obliquitatem facit. **R**ectus quo quis mouetur per amorem ad deum. **C**antic. i. **R**ecti diligunt te. **B**eat.

igitur petrus non mouebatur motu circulari per amorem ad mundum. quia ipse omnia mundana precepit. **N**ec motu obliquo ad seipsum per amorem. quia se per nomine christi et amore crucifigi permisit. **S**ed mouebatur motu recto per amorem ad deum. quia super omnia ipsum dilexit. **I**ohannes ultimo. **T**u scis domine. quia amo te etc. **S**imiliter beatus paulus non mouebatur motu circulari. qui dicebat **G**ala. vi. **M**ibi mundus crucifixus est. et ego mundo. **N**ec motu obliquo qui dicebat **G**ala. ii. **Q**uio ego. iam non ego. uiuit christus in me. **S**ed motu recto qui dicebat **R**oma. v. **C**aritas dei diffusa est in cordibus nostris. **T**ercio habuerunt magnam claritatem. id est sapientie immentitatem. quam quidem sapientiam petrus a triplici magistro didicit. scilicet a patre reuelante. **M**atth. xvi. **C**aro et sanguis non reuelauit tibi sed pater meus qui in celis est. **A** filio instructe. **I**ohannis. xv. **Q**uecunque audiui a patre meo nota feci uobis. **A** spiritus sancto docente. **I**ohan. xvi. **C**um uenerit spiritus ueritatis docebit uos omne ueritatem. **S**imiliter et paulus tantam sapientiam didicit in tribus scholis. **N**am in paruis scholis iudeorum didicit legem moysa cam. **A**ctu. xxi. **S**ecus pedes gamalielis eruditus etc. **I**n magnis scholis apostolorum didicit legem euangelicam. quam tamen non ab homine docente didicit. sed christo reuelante accepit. **I**n maximis angelorum didicit legem supersubstantialem et diuinam quando scilicet ad terciū celum fuit raptus et ibi inter angelos doctus. **Q**uarto habituri sunt in iudicio magnam sublimitatem. quia super thronos duodecim sedebunt et ceteros iudicabunt. et illa talis sessio erit ad sententie iudicis approbationem. **Psal.** **U**t faciant in eis iudiciū conscriptum etc. **E**rit ad ipsorum immensum honorem. **P**rouer. xli. **N**obilis in portis uir eius qui sederit cum senatoribus terre.

Erit ad magnam demonū p̄futionem. i. **Cor. vi.** P̄fectoris qm̄ angelos iudicabimus. Erit etiam ad maloz p̄demnatōez vt ibidem. An nescitis qm̄ sancti de hoc mundo iudicabunt. Erit ad bonoz magnam p̄solatōnem qm̄ sc̄z videbūt fratrem suū. i. christum esse iudicem. ⁊ sororē suā. i. mariam esse mediatricē. ⁊ fratres suos. i. apostolos esse intercessores ⁊ assessores.

Quinto habent magnitudinē excellentē. i. gloriā omnibz eminentē. **psal.** **Prin-** cipes populoz p̄gregati sunt cū deo abrahā. q̄uis autem gloria sanctorz sit magna. peccatoribz tamē videtur pua ex eo qd ab ipsa nimīū se elongāt. Nimia nāqz distantia scdm̄ basilium errare facit circa tria scilz circa quantitatem. Et ponit exēplum in solez in insulis maris. circa qualitatem. Et ponit exemplū in velis nauīū que cum sint alba tamen ppter nimīā distantiam videntē esse nigra. circa figuras exponit exemplū in turibz que cum sint quadrate tamen ppter nimīā distantiam videntē esse rotunde. Quia ergo peccatores nimis se elongāt a celesti patria. ideo errant circa eius quantitatem non p̄fiderantes qd magna sit. cum tamen dicatur **Baruch. iij.** **Q**uod israel q̄ magna ē domus dei ⁊c. Errant circa eius qualitatem non p̄fiderantes q̄ preciosa sit. de cuius p̄fiositate dicit **Apoc. xxi.** Ipsa ciuitas aurū mūdū. Errant circa eius figuram nō con- siderantes q̄ stabilis sit ⁊ q̄ eterna. Est enim patria celestis in quadro posita. vt ibidez dicit. Ipsi vero peccatores credūt ipsam esse rotūdā. i. volubilem ⁊ cadu- cam. De cuius eternitate dicit. **ij. Cor. v.** Edificatōnem ex deo habemus domū non manufactam eternam in celis.

Eodem die. Sermo. ij.

Nimis honorati sūt amici tui de⁹ ⁊c. **ps.** Inter omnes scōs deus magis istos duos apostolos ho- norauit in vita. ⁊ in morte ⁊ post mortē.

In vita qz clauēs regni celestis eis dedit nam petro dedit clauēs potentie. ⁊ paulo dedit clauēs sapientie. Ista autē potestas clauīū p̄sistit in tribz. Primo i peccatorū remissione **Jo. xi.** Quoz remiseris pec- cata remittunt eis ⁊c. Et tamen dicit **Luce v.** Quis pōt remittere peccata nisi solus deus. Sed vtrūqz est vep. qz deus remittit ⁊ sacerdos remittit. Et peccato nanqz in homine tria causant sc̄z dei inimicia. deformis macula. ⁊ obligatio ad penam. **Tren. ij.** Quomō obtegit i caligine. ecce deformis macula. In furore suo domin⁹ filiam sion. ecce dei inimicia. proiecit de celo in cerā inclitā israel. ecce ad pe- nam eternā obligatio. Ista tria solus de⁹ virtute p̄ritōnis remittit. solus enī deus remittit offensam. lauat maculā ⁊ dissol- uit obligationem eternam. Ista tria signi- ficanē **Luce. xij.** in filio p̄digo de quo dicit qd pater fuit eum osculatus ⁊ qd stola pri- ma euz induit. ⁊ qd dixit mortuus fuerat ⁊ reuixit. In hoc namqz qd fuit eum oscu- latus dat̄ intelligi qd solus dei est remit- tere inimiciā suā ⁊ offensā. In hoc qd stola induit eum dat̄ intelligi qd ei⁹ est lauare maculam ⁊ ornare animā. In hoc autem qd dixit mortuus fuerat ⁊ reuixit. dat̄ intelligi qd eius est remittere penam eternam. Sacerdos autē dicit̄ remittere peccata q̄tū ad alia tria. Ipse enī pec- catorem a deo absolutū eē indicat. Alter enim p̄ absoluto non recipet. a pena pur- gatorij qua deo obligat. pena p̄sentis sa- tisfactione ipsum ligat. ⁊ de ipsa pena p̄tē relaxat. Ista tria notant **Jo. xi.** in resusci- tandō lazari. solus quidem christus ipm̄ a mortuis resuscitauit. sed tamen tria dis- cipulis cōmisit. s. vt lapidem tollerēt. vt ipsum soluerent. ⁊ vt libere abire p̄mitter- rent. Lapidem tollere est penam purgato- riam in penam satisfactoriam cōmutare. Peccatorē absoluerē est ipsum a deo ab- solutū esse ostendere. Et libere abire p̄mit-

tere est ei penaz aliquantiter indulgere. **S**e-
cundo pñstir in excommunicandi et absol-
uendi iurisdictione. **I**ste autem absolutio-
nes et ligationes non sunt in celo quia ibi
sunt omnes absoluti. nec sunt in inferno.
qz ibi sunt omnes ligati. sed sunt in mun-
do ubi quidam sunt absoluti et quidam li-
gati. **I**n inferno quidem sunt et omnes li-
gati et excommunicati per illam sententi-
am **Mathe. xxv.** **D**ilcedite a me maledi-
ci in ignem eternum qui parus est dyabo-
lo et angelis eius. et ideo sancti eis non lo-
quentur sed sp ab eis auerent. de hoc psal.
Auerenti nos rectorum post inimicos no-
stros etc. **N**ec precipabunt cum eis in diuino
officio. **D**e quo dicit **Eccli. xij.** **P**er oēs
plateas iherusalem alleluia cantabit. **I**psi na-
qz a templo dei erunt exclusi. **A**poca. vit.
Foris autem canes et venefici ipsos saluta-
bunt. i. salutem eternam optabunt. immo fi-
cut dicit in ps. **L**etabit iustus cum viderit vi-
dictam. **E**xclusi enim erunt a participati-
one sacramentorum et maxime a perceptione
panis vite. **Mathe. xxv.** **N**on est bonum su-
mere panem filiorum et mittere camibus. **N**on
participabunt enim sancti cum eis in men-
sa. **Isaie. lrv.** **E**cce serui mei comedent. et
vos esuriatis etc. **T**ercio pñstir ista pote-
stas indulgentiarum largitione. **A**d hoc na-
qz qd iste indulgentiarum valeant tria sunt co-
muniter necessaria. **U**num ex pre facien-
tis scilicet auctoritas. **S**ecundum ex parte reci-
pientis scilicet caritas. **T**ercium vero ex par-
te cause scilicet pietas que duo includit. s. ho-
nozem dei. qz pietas est cultus soli deo de-
bitus. et utilitatem proximi. pietas enim a-
lio modo misericordia dicitur. **S**ecundo
principaliter christus honorauit istos san-
ctos in morte. qz eorum mortem nobis fecit
valde vitalem et fructuosam. **E**x morte enim
beati petri triplex fructus euenit. **U**nus
est quantum ad deum scilicet eius glorifi-
catio. **I**ohannis ultimo **H**oc autem dixit si-
gnificans qua morte clarificaturus esset

deum. **A**lius quantum ad seipsum scilicet coro-
natio sua. **U**nde dyonysius vidit eos post
mortem coronis luminis coronatos. **T**er-
cius quantum ad nos scilicet sua pro nobis in-
tercessio. **i. Petri. j.** **D**abo autem operam
frequenter habere vos post obitum meum
etc. **S**imiliter ex morte beati pauli triplex
fructus prouenit. **U**nus quo ad deum sci-
licet eius glorificatio ad **Philippen. iij.**
Magnificabitur christus in corpore meo
sive per vitam sive per mortem. **S**ecundus
est quo ad seipsum. scilicet sua coronatio. **i. j.**
Thimo. **iij.** **R**eposita est mihi corona ius-
ticie etc. **T**ercius est ad nos. scilicet saluatio
nostra. **i. j.** **C**orint. **xij.** **L**ibentissime impen-
dam et superimpendam ego ipse pro anima-
bus vestris scilicet saluandis. **T**ercio christus
honorauit istos sanctos post mortem eo-
rum. quia fecit eos ianitores suos in do-
mo sua. **U**nde cantat de eis. **H**abent po-
testatem celum claudere nubibus. et aperi-
re portas eius. **D**eus enim habet quatuor
domos. scilicet ecclesiam militantem. patri-
am celestem. purgatorium. et infernum. **I**n
prima habitant peregrini. **I**n secunda filij
In tertia debitis obligati. **I**n quarta in-
carcerati. **E**t quelibet istarum quatuor do-
morum habet suam clauem specialem. **P**ri-
ma clauis per quam intratur in primam do-
mum scilicet ecclesiam militantem est cla-
uis indulgentie. **C**laui vero per quas in-
tratur in secundam domum scilicet patriam
celestem est clauis misericordie. **C**laui p
quam intratur in tertiā domum scilicet
purgatorium est clauis iusticie. **I**usticia
namque dei requirit quod nullum malum re-
maneat impunitum. **S**ed clauis p qua
intratur in quartam domum scilicet infer-
num est clauis mortis eterne. **P**eccatori
ergo volenti redire ad ecclesiam per penite-
ntiam **P**etrus aperit ostium cum clauere
missionis et indulgentie. **I**ohannis vlti-
mo. **Q**uorum remiseritis peccata remit-
tuntur eis etc. **E**t animabus sanctorum
t. ij.

De Apostolis

Petro et Paulo

volentibus intrare in domū celestis patrie aperit ostium cum clauē misericordie. **ps.** Januas celi aperuit. sed illis animabus que debent intrare in purgatorium aperit ostium cū clauē iusticie. **ps.** Aperite mihi portas iusticie. hec porta dñi iusti irabūt in eam. Iusti namq; aliqui secum aliqua cremabilia portant. Animabo vero dam nandis. nec petrus nec paulus ostiū ape rit nec claudit. sed christus ostium aperit ⁊ etiam ostiū claudit. ⁊ peccatores in in ferno includit. ⁊ clauem includit ⁊ clauē custodit. **Apo. i.** Dabo clauem mortis ⁊ inferni. Et etiam **Apo. ix.** Data est ei cla uis putei abyssi.

Eodem die Sermo. iij.

Tes petrus ⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiā meā. **Matth. xvi.** Magnam auctoritatem et potestatem ⁊ dignitatem ihesus cristus ꝓcessit beato petro quando sup eius con fessionem ecclesiā fundauit. ac clauē regni celoz sibi dedit. **Ut** autem eius dig nitates ⁊ ꝓrogatiuas melius videre ualeamus. Sciendum est q; beatus petrus inter ceteros apostolos fuit sublimior in ꝓelatione feruentior in amore. efficacior in uirtute ⁊ gloriofior in passione. **Prō** fuit sublimior in ꝓelatione. Christus enī cum summū ꝓntificem fecit ⁊ suū vica rium ꝓstruit ⁊ dereliquit quando ei dixit **Perte** pasce oues meas. Ad istam autē ꝓelationem pater ipsum elegit. **Matth. xvi.** Caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi sed pater meus qui in celis est. Et dei filius electum examinauit ⁊ maxime in duob; sc; in fide recta quando dixit ei. **Quē** di cunt homines esse filium hominis ⁊c. Et petrus respondit. **Tu** es cristus filius di uini. Et in dilectōe sincera quando dixit **Symon iohannis** diligis me plus his. Et sūū sanctus electum examinātū ꝓfir mauit quādo in penthecosten ad robur se sibi effudit. vnde **Psal.** Ego confirmaui

colūnas ei⁹. **Tota** trinitas electo exami nato ⁊ ꝓfirmato dedit iurisdictionem. sc; iurisdictionem supꝑ infernum cum dicit. **Porte** inferi non ꝓualebunt aduersus eam **Super** celum cum dicit **Tibi** dabo clauēs regni celoz **Sup** mundū cum d; **Quodcunq;** ligaueris sup terram erit li gatum. **Secundo** fuit feruentior in a more. huius autē plura sunt signa. Unū ante passionem q; ꝓpter eius amorē om nia terrena contempsit. **Matth. xix.** Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti sum⁹ te. **Quidam** enī sunt ꝓcassinantes iō dixit ecce. Alij ad tempus reponentes. iō dicit reliquimus non reꝓosimus. Alij diu; dentes. iō dixit omnia. Alij res relinquē tes. sed voluntates suas retinentes. iō dixit **Secuti** sumus te. **Secundū** signū fuit in passione. quia cum cristo mori uoluit quādo dixit. **Lu. xxij.** Paratus sum tecum ⁊ in carcerem ⁊ in mortem ire. **Nō** enī uolebat mori ante eū quia uolebat ca rere tam dulci ꝓesentia christi. nec etiam uolebat uiuere ꝓst eum. q; tunc non re ꝓutabat uitam sed mortē eternam. **Uo** lebat autem mori cum eo q; hoc sibi repu tabat gloriā ⁊ coronā. **Terciu;** signū fuit ꝓst passionem. q; extunc ipse beatus petrus semp fuit in lacrimis. **Habuit** ē lacrimas doloris ex eo q; magistrū suum negauit **Luce. xxij.** Egressus foras flet ⁊ amare. **Uñ** dicit clemens q; quādo cūq; gallicantū audiebat lacrimas emittebat. **Habuit** etiam lacrimas cōpassionis ex eo q; amicum suum mortuum uidebat. **Iohānis. xvi.** **Plorabitis ⁊ flebitis** uos mundus autē gaudebit ⁊c. **Habuit** enā lacrimas deuorōnis ex eo q; ad amicum suum uidendū ꝓgere sperabat. ⁊ hoc ꝓst ascensionem. **Unde** dicit clemens q; sp in sinu sudarium terebat quo fluentes lacrimas detergebat. ⁊ sic ut idem dicit in ꝓsuetudine durerat flere q; tota eius facies adusta lacrimis uidebat. **Quartū**

De Cōmemoratōe

signum fuit post resurrectionem. quia ipse cum iohanne ad monumentum cucurrit. Et sicut dicit grego. Illi pre ceteris cucur-
rerunt qui pre ceteris amauerunt. Aliquā
simul cucurserunt. aliquā iohannes cucur-
rit citius petro. et aliquā petrus citius Jo-
hanne. qz prior monumentum intrauit.
Per qd datur intelligi q ambo sapien-
ter xpm dilexerunt. iohannes aut magis
dulciter. petrus vero magis pstanter. **¶** Et
cio beatus petrus fuit efficacior in uirtute
et hoc quadrupliciter. Fuit enim efficaci-
or in uirtute credendi qm dixit. Tu es xps
filius dei uiui. De ipso petri fide dicit Lu-
ce. xxiij. Simon ecce satbanas expellit
uos ut tribuaret sicut triticū et c. ubi habet-
ur q eius fides multū fuit a dyabolo tē-
prata cum dicit. Ecce satbanas et c. Doli-
us enim ubi inuenit locū magis munitū. ibi
maiorē exercet conatum. Fuit a xpo mul-
tum roborata cum dicit. Ego autem p te ro-
gam petre ut non deficiat fides tua. q om-
nibz fuit in exemplū data cum dicit. et tu ali-
quā puerus et c. Fuit etiam efficacior in so-
tore sanandi. Non solum em sanabat sic
ceteri uerbo orōnis. sed etiā uerbo iussiois
sicut patet Act. ix. in sanatione ehee. Un-
bra corporis sui. sicut dicit Act. v. in po-
sitione baculi sui. sicut patet in discipulo
p. xl. dies defuncto qui ad impositionem
sui baculi iam sanatus est et resuscitatus.
Fuit efficacior in uirtute predicandi. Tā-
gratiose namqz predicabat. q aliquā una
die tria milia aliquā quinqz milia hoīm cō-
uertebat. sicut habet Act. ii. et iij. Hoc
est enim testimoniū gratiosi predicatoris
Unde crisost. sup. Math. Testimoniū su-
diosi agricolae est messis secunda. assidui
doctoris ecclesia plena. negotiatoris mul-
tipler thesa. Fuit etiam efficacior in uir-
tute orandi. Eius enim oratio aliquā ape-
riebat celū. sicut patet Act. ix. ubi dicit
q cecidit super eum mentis excessus et ui-
dit celum apertum. Aliquando faciebat de-

Sancti Pauli

scendere spūm sanctum. sicut patet Act. viij. in samaritanis. Aliquando spoliabat
infernum. sicut quando suscitauit defun-
ctum quem symon magus suscitare non
potuit. Et aliquando vincebat demoniū.
sicut patet in demone qui symonem ma-
gum per aerem deferebat. **¶** Quattro bea-
tus petrus fuit gloriosior in passione. pas-
sus est enim eandem penam cum chris-
to. put chrisus ei preduxit. Iohannes vltiō.
Sequere me. Sapiē. xxiij. Simili pena
seruus cum domino est afflicus. Polu-
it autem beatus petrus illam penam pati
reclus sed reuersus. hoc propter quatuor
causas quas ipse ponit. Prima quia pp-
ter honorem domini sui non reputabat ie-
dignum eo modo penam illam pati. quo
modo chrisus eam pertulit. Secunda qz
chrisus passus est ppter mundū redimen-
dum. ideo debuit ad mundū respicere. Ip-
se aut petrus pariebatur ppter acquirendū
celum. ideo debuit ad celum habere respec-
tum. Tercia ppter lapsum generis huma-
ni significandū. Chrusus enim semp rec-
tus stetit et nunqz in peccatum cecidit. ho-
mo uero caput mentis in terram defixit. et
ptra deum recalcitrauit. Quarta ad innu-
ehdum q homo mutauerat amorem spū
alem in amorem mundanum. Homo em
rectus in cruce positus si reuoluitur illud
qd erat dexte efficitur sinistr. Tunc igit
homo mutauit dextrum in sinistrum quā-
do mutauit amorem celestium in amorem
mundanum.

In pmemoratione sancti Pauli apo-
stoli. Sermo primus.

Quoniam autem pla-
cuit ei qui me segregauit ex v. e-
ro matris mee et c. Galath. i. Apostolus
non ingratus fuit gratie dei. sed quinqz ef-
fectus diuine misericordie in se recogno-
uit humiliter. Primus effectus est q ip-
sum de vtero sue matris eduxit. Notan-
t. iij.